

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 9289

**Auteur(s)** : Raoul de Fougères [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1163

**Lieu d'émission** : Fougères Savigny-le-Vieux

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Raoul de Fougères confirme les biens concédés à l'abbaye de Savigny.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 968, n° 209 (?).

### Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 588 (copie partielle).

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XLIV)

Texte d'après A

Radulfus Filgeriarum dominus omnibus baronibus et omnibus fidelibus terre sue salutem. Notum sit vobis omnibus fidelibus christianis quod ego, pro amore Dei et salute anime mee et anime uxoris mee ac liberorum nostrorum et omnium antecessorum ac successorum nostrorum atque omnium fidelium christianorum concessi ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio in perpetuam elemosinam apud Filgerias molendinum quod fuit Gaufridi filii Raginaldi et stagnum et pratum ejusdem molendini et masuram molendinarii et moltam tocuis terre ipsi Gaufridi filii Raginaldi de Foresta, et quicquid ad ipsum molendinum pertinebat que omnia donaverunt eidem ecclesie et monachis Pegrina filia ejusdem Gaufridi filii Raginaldi et Robertus Viarius cognatus ejus. Concessi etiam predictae ecclesie et monachis dimidiam terram predicti Gaufridi filii Raginaldi que est in monte et juxta montem qui est ante ipsum molendinum in qua monte est et vinea mea et duas domos in Risleio cum omnibus consuetudinibus et pertinenciis suis que fuerunt ejusdem Gaufridi filii Raginaldi. Concessi etiam predictae ecclesie et monachis unam domum in foro Filgeriarum cum omnibus consuetudinibus et pertinenciis suis quam donavit Guillelmus sacerdos de Sancto Leonardo. Apud Loratorium autem concessi predictae ecclesie et monachis Savigneii ecclesiam ejusdem ville et totum cimeterium et totam decimam tocuis parrochie et quicquid ad ipsam ecclesiam pertinebat, quam ecclesiam cum pertinenciis suis donaverunt eidem ecclesie et monachis Radulfus filius Pagani

de Loratorio et fratres ejus Hugo et Gaufridus et Robertus et Lovellus patruus eorum et Johannes filius Mischine cognatus ipsorum, concedente domina Avicia avia mea, concedentibus etiam Redonensibus episcopis Roaldo et Hamelino Johanne etiam de Egenneio concedente decimam tocius terre sue et Rogerio Viario et omnibus aliis parrochianis concedentibus unoquoque quod ad se pertinebat et in eadem parrochia concessi terram quam donaverunt eidem ecclesie et monachis Hamelinus de Rotella et filii ejus Guillelmus et Juhellus et Hasculfus et Guido et Herveus de Rotella et Robertus frater ejus cognati eorum concedente domina Avicia, Juallo etiam Regnei concedente quemdam mangerum quem calumpniabantur privabantur in eadem terra. Concessi etiam terram quam donavit eidem ecclesie et monachis Rogerius filius Fulchoini, concedente Rogerio Viario domino ipsius Rogerio etiam de Rotella concedente quod ad se pertinebat. Concessi quoque terram quam Guillelmus Canoar de Belceio dedit eidem ecclesie et monachis concedente Rogero Viario domino suo apud Luvigneium. Vero concessi prefate ecclesie et monachis Savigneii terram que vocatur Boolosa quam donaverunt prefate ecclesie et monachis Hamelinus de Luvigneio et filii ejus Robertus et Guillelmus et Guerrinus et Gaufridus et Radulfus et Johannes et Gelduinus et homines ipsius Hamelini Radulfus scilicet de Boolosa, et Paganus filius ejus et nepotes eorum Radulfus scilicet et Johannes filii Pipini et Garnerius de Boolosa et filii ejus Brientius et Augerus et Vitalis et Petrus de Boolosa et Guillelmus et Tescelinus filii ejus et Petrus et Garinus et Radulfus et Johannes et Johannes filii Gaufridi de Boolosa et Juhellus et Gaufridus et Rualonus filii Harduini de Boolosa et Grafart et Ligardis uxor ejus et Tescelinus et Tescelinus filii eorum. Concessi etiam totam terram que vocatur Galanea cum appendiciis excepto Monteluvero, quam Galaneiam, cum omnibus pertinenciis suis, donaverunt eidem ecclesie et monachis Paganus Sanseline et filii ejus Osmundus et Gauterius et cognati eorum Pichon scilicet de Nalhaio, Reinaldus filius ejus et Guillelmus frater Pichon et Bernardus filius ejus. Concessi quoque terram que vocatur Doillet et forestam de Marchis cum omnibus pertinenciis et consuetudinibus suis excepta area accipitrum, quam terram et forestam donaverunt eidem ecclesie et monachis Herveus de Lineriis et Henricus et Robertus filii ejus et homines eorum, Hugo scilicet de Doillet et Hamelinus filius ejus et Guillelmus et Hai fratres Hugonis et Garnerius et Ivo et Garnerius filii Hai et Guillelmus de Rocherio et Johannes filius ejus et Josco et Herbertus generi ipsius et Ernaudus filius Marie frater ejusdem Johannes et Hamelinus filii Ernaudi et Adam gener ipsius et Radulfus Galerius et Fulcherius filius ejus et Hamelinus Galerius et Fulcheredus filius ejus et Frogerius gener ipsius et Gauterius Berhaudus et Guillelmus et Petrus fratres ejus et Radulfus Estal et Herveus filius ejus et Godo de Doillet et Juhellus filius ejus et Radulfus de Marchis et Grafart filius ejus et Igerus de Marchis et Gaufridus et Petrus filii ejus et Robertus de Marchis et Guillelmus et Herveus et Radulfus et Hamelinus filii ejus et Rollardus et Gauterius frater ejus de Marchis. Dedi quoque et concessi qupra dicte ecclesie et monachis Savigneii ex dono meo proprio et hominum meorum locum de Mondaigne cum bosco et terris et pratis et aquis et omnibus pertinenciis suis. Ex dono Hasculfi Ruant et petri filii sui et Berengerii cognati sui, concedente Hugone de Rocher cum filiis Guillelmo et Juhello in Villa Ferrei totum quarterium Bouet cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Hugonis de Rocher octo jugera terre de dominico suo juxta Mondaigne. Concessi denique ecclesie et monachis in forestis meis pasnagia priorum porcorum et in omni terra mea herbagia et omnes communiones alias et per totam terram meam quietanciam omnium consuetudinum. Hec autem omnia que hic enumerata sunt ego Radulfus Filgeriensis dominus et fratres mei Fransgalo et Robertus et Guillelmus et filii mei Juhelli et Guillelmus dedimus et concessimus monachis et ecclesie Savigneii, quam avus et pater meus fundasse et dilexisse noscuntur in perpetuam elemosinam liberam et quietam sicut propria dominica mea et ab omni servicio et consuetudine seculari ita penitus absoluta quod nullum jus seculare michi vel successoribus meis in eis retineo vel requiro preter divinam retributionem et quod ad meam predictae elemosine pertinebunt protectionem et defensionem, exceptis XVIII solidis cenomannensium, quos retinui in terra Henrici de Lineriis de Doillet reddendis singulis annis XV solidis de tallia in festo sancti Remigii et tribus solidis in natale Domini de mangero et exceptis III denariis cenomannensium et dimidio quarterio avene de ... terre apud Loratorium, hoc etiam excepto de quartero Bouet servicia mea michi persolventur et Hugoni de Rocher VI denarii et Gaufrido abbati XII denarii. Precipimus itaque ac firmiter constituimus quatenus sepedicta ecclesia Savigneii que ut propria abbatia et dominica elemosina nostra hec omnia supra scripta habeat in perpetuum et possideat libere et quiete et honorifice sicut elemosinas Deo dicatas pro remissione peccatorum nostrorum et redemptione animarum nostrarum. Hec autem nostra constitutio et concessio atque confirmatio facta est apud Savigneium in capitulo et apud Filgerias recordata anno Domini MCLXIII scilicet quando Jerosolimam profectus sum. Testibus Guillelmo abbate de Filgeriis, Augero priore, magistro Guillelmo de Monthaul, Nicolao de Poilleio canonicis, Pagano de Ineio, Guerrehes, Leones, Radulfo de Oregia, Radulfo dapifero, Olivero de Rocha.